Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De Methoposcopia Astronomica

Finella, Filippo

Antuerpia, 1650

De figuris, quae torquendos reuelant

urn:nbn:de:bsz:31-95557

Visual Library

De figuris, ſeù lineis, quæ torquendos reuelant.

FIGVRA CCLXXIII.

Habens duas lineas tortuoſas in ſituationibus Saturni,& Martis, & aliam lineunculam curuā ex parte ſiniſtra in ſituatione Solis deſcendentem vſque ad situationem Veneris, vt in figura 273. tormenta patietur.

FIGVRA CCLXXIV.

Habens vnam lineam cruciatam in situatione Martis cum linea, quæ obliquā intrinſecat cum illa; vt in fig. 274. cruciatibus torquebitur.

FIGVRA CCLXXV.

In habentem duas lineas ſimul intrinſecatas in ſituatione Martis, vt in figura 275. tormentis ſæuietur.

FIGVRA CCLXXVI.

Habens duas lineas vndaras, & obliquas vnam in ſituatione Saturni, & alteram in ſituatione Martis, vt in fig. 176. tormentis, & quæſtione affligetur.

FIGVRA CCLXXVII.

Habens vnam lineam ſicut character in ſituatione Martis, vt in figur. 277. tortis cruciabitur.

FIGVRA CCLXXVIII.

Habens vnam lineam cum vnco ex parte dextera in ſituatione Veneris, vt in in figur. 278. in tormentis erit conſtitutus.

FIGVRA CCLXXIX.

Habens vnam lineam cum confuſo charactere in ſituatione Martis, & illa feratur vſque ad ſituationē Iouis, vt in fig. 279. apponetur in tormentis.

FIGVRA CCLXXX.

Habens vnam lineam rectam in ſituatione Veneris cum ramuſculo ex parte dextera, qui deſcendat vſque ad ſituationem Lunæ, vt in fig. 280. in tormentis collocabitur.

FIGVRA CCLXXXI.

Habens duas lineas, vnam confuſam in ſituatione Martis cum ſemicirculo ex parte ſiniſtra in ſituatione Mercurij, vt in fig 281. locum habebit in tormentis.

FIGVRA CCLXXXII.

Habens duas lineas vnam ſicut 7, in ſituatione Martis, & alteram ſicut character in ſituatione Solis; quæ tangit illam Veneris, vt in fig. 282. in tormentis conſtituetur.

FIGVRA CCLXXXIII.

Habens tres lineas, vnam in ſituatione Martis cum ſemicirculo, vnam rectam in ſituatione Solis, & tertiam in ambabus ſituatione Mercurij, & Lunæ, vt in figur. 283. tormentis ſubijcietur.

De lineis indicantibus capitis amputationem.

FIGVRA CCLXXXIV.

Habens vnam lineam ſemicircularem, quæ aſcendat à ſituatione Martis, vſq; ad ſituationem Iouis, vt in fig. 284. caput peramputabitur.